

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis Farrago

Melanchthon, Philipp

Basileae, 1565

VD16 -M3220

Reuerendo uiro, D. Casparo Aquilae, pastori ecclesiae Dei in oppido
Salueld, & uicinia episcopo, amico suo, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-312770)

1548. sua bonitate seruabit, beneuolentiã nostram erga te & tuos cum alijs officijs, tum uerò etiam hac in re, quã petis declarabimus. Vitebergæ, 23 Ianuarij.

Reuerendo uiro, D. Casparo Aquilæ, pastori Ecclesiæ Dei in oppido Salueld, & uicinia episcopo, amico suo, S. D.

Venerande domine Caspar. Etsi magnæ disputationes quotidie fiunt, & impendent tristiores: tamen Deo iuuante, mea mens cum Ecclesijs harum regionum sonantibus uocem Euangelij, quam tua Ecclesia sonat, semper consentiet. De Academia nostra nihil certi scribere possum. Fortassis conuentus proximus nos noua exilia suscipere coget. Imperator enim postulat, ut omnes principes Concilio adsentiantur: & promississe dicuntur, se ad sensuros esse. Sed breui nos & tu certiora audiemus. Dialectici libelli primum in nundinis absoluentur: cum erunt absoluti, tuis dulcissimis mitram exempli. Gratias tibi ago, quòd & nostro dolore adficiaris, & tua cõsolatione mederi meis uulnerib. studes. Plura scriberẽ: sed iam accepi literas de periculo meo cõiugis casu, & de alijs plurib. periculis. Deus mitiget publicas & priuatas erumnas. Bene & feliciter uale. Salutem opto uiro integerrimo, patri Erasmi, quem hodie expecto. Die 18 Septembris, 1547. Cla-